



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

Tredecima causa. Tertia post decimam decimas & funera tractat. Duæ
quæstiones tredecimæ causæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

Episcopatum, aut certe in Episcopatu hereditaria successione acquisivit, secundum auctoritatem canonice quidquid vult, faciat, & cui vult, eas conferat. Postquam autem Episcopus factus est, quasunque res facultatibus ecclesie, aut suo, aut alterius nomine, qualibet conditione comparaverit, decrevimus, ut non in propinquorum suorum, sed in ecclesie, cui preest, iura deveniant.

De rebus vero ecclesiasticis testari licet Episcopo, si tantundem de propriis restituat.

C. V. Quomodo possunt esse rata, que de ecclesia proprietate testamento legantur.

Unde in Agathensi a concilio, c. 11. statutum est.

Si Episcopus in condito testamento aliquod de ecclesiastici iuris proprietate legaverit, aliter non valebit, nisi tantundem de iuris proprii facultate suppleverit.

2 pars. Sed si Episcopus, vel quilibet ex gradu ecclesiastico intestatus defunctus fuerit, nec aliquis invenit fuerint, qui iure cognationis succedant, ecclesia sua ei succedat in integrum: nec licebit alicui aliqua ex rebus eius presumere.

C. VI. Episcopo intestato ecclesia succedat in integrum.

Unde in Tarraconensi concilio, c. 12. statutum est.

Si cubi defunctus fuerit Episcopus intestatus, post defunctionem eius i Presbyteris & Diaconis de rebus ipsius inventarium fideliter conscribatur, a minimo usque ad maximum, id est, de utensilibus, vel de omni suppellectile: ita tamen, ut si quis exinde vel presumptisse aliquid, vel occulte fuerit tulisse convictus, secundum furti tenorem restituat universa.

Defunctionem eius. Antea legebatur, hanc diffinitionem. Emendatum est ex variis conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, quemadmodum nonnulla alia. In codice autem Lucensi regio legitur, post depositionem eius.

C. VII. De eodem.

Item ex concilio Triburienfi.

Quicumque ex gradu ecclesiastico sine testamento, & sine cognatione decesserit, hereditas eius ad ecclesiam, ubi defervit, devolvatur. Similiter defensionalibus.

Burchardus etiam, & Ivo citant capitulum hoc ex concilio Triburienfi, cui presuit Arnulphus. Sed in eo, quod exeat, non habetur. Similima legitur apud Iulianum antecessorem novella 131. cap. 18.

CAUSA XIII.

Iacens cuiusdam baptismalis ecclesia, cladibus bellorum pressa, hostili metu compulsa, domicilia sua transfulerunt in aliam diocesim: pradia tamen antiqua non desierunt colere: caperunt persolvere decimas illi ecclesia, in cuius diocesim transfugerunt: & apud eam sibi elegerunt sepulturam. Transiitui quinquaginta annis, clerici, quibus quondam persolverant decimas, caperunt movere questionem in eos, qui ab istis accipiunt primitias, & decimas: veniunt ad causam.

- 1. Modo primum queritur, si illi quorum domicilia sunt in diocesi huius baptismalis ecclesia, debeant persolvere decimas illi ecclesia, & celebrare suas exequias apud eam ecclesiam, in qua quondam hoc fiebat a parentibus eorum.
2. Secundo, an prescriptione temporis, ius percipiendi decimas, & suaverandi tollatur.

a Et in Epauensi, cap. 17. b Burchard. lib. 1. cap. 212. Ivo part. 5. cap. 326. c Burch. l. 2. cap. 207. Ivo part. 6. c. 222. d al. acciperunt.

QUESTIO I.

Quod priori ecclesia hec omnia iure persolvenda sint, alioquin argumentis probare contendunt. Constat utique, quamvis baptismalem ecclesiam habere diocesim sibi legitime assignatam: sicut & parochiales ecclesie habent parochiam sibi distributam.

C. I. Singuli sacerdotes proprias debent habere ecclesias.

Unde Dionysius Papa Severo Episcopo, epistola secunda.

Ecclesias a singulis singulis Presbyteris dedimus: parochias, & cetera eis dividimus: & unicuique ius proprium habere statuimus: ita videlicet, ut nullus alterius parochie terminos, aut ius invadat: sed sit unusquisque suis terminis contentus, & taliter ecclesiam, & plebem sibi commissam custodiat, ut arbitrio aeterni iudicis ex omnibus sibi commissis rationem reddat: & non iudicium, sed gloriam pro suis alibus accipiat.

In diocesi autem designata quocumque pradia colunt, proventus decimationum baptismalis ecclesia assignatus debet fore. Quia ergo & pradia hec intra terminos nostre diocesis continentur, & proventus decimationum nobis legitime assignatus, nulli ex illis persolvendus est.

2 pars. Hi ita respondetur. Decima b a Des constituta sunt per Moysen, ut persolverentur a populo filii Levi non ministerio, in quo deserviebant ei in tabernaculo. Non accipiebant filii Levi decimas, nisi ab eis, pro quibus offerbant preces, & sacrificia. Quia ergo nos servimus Dominum in tabernaculo, offerendo preces, & sacrificia, & ipsi debent nobis persolvere decimas & primitias. Item, cum decima darentur filii Levi non deservientes persolvebantur, ut contempso Levita, qui sacrosanctis eligere, cui vellet decimas dare. Nam dictum est illi [Leviti qui tecum moratur & intra muros tui habitat, comedet eam.] Item ex singulis tribubus civitates ad habitandum acciperent: utrumqueque tribus illis persolveret decimas, qui secum erant. Non Moyses precepit filii Israel [sicut legitur d in Deuteronomio] in loco quem elegerit Dominus Deus vester, ut sit nomen eius in diebus omnia, que precepto confertis, holocausta, & hostias, & decimas, & primitias manuum vestrarum, & quidquid precipuum est in manibus vestris, que voluistis Domino. Ibi equalabimini coram Domino Deo vestro, vos, & filii, & filie vestre, famuli & famule, & que Levita, qui in verbis vestris commoratur. Neque enim habet aliam partem, atque possessionem inter vos, & infra. [Decimas frumenti, vini, & olei tui, primigenia armentorum, & pecorum, & omnia, que voluerit, & sponte offerre, voluerit, & primitias manuum tuarum coram Domino Deo tuo, comedet eam loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, tu, & filie tue, & filia tua, servus & famula, atque Levita, qui manet in urbibus tuis.] Quia ergo nos intra muros urbis istorum sedemus, & in habitatione presbiterii sumus, rite ab eis decimas accipimus. Item ait Propheta [Producent sanum iumentum, & herbam servituti hominum.] Fennum, & herba ex terra producantur: sed quis est iumentum irrigantibus eam, id est, hominibus colentibus eam? & in hoc servitibus ipsi. Item Apostolus g. [Communicet autem ei, qui catechizat, verbo, et qui se catechizat, in omnibus bonis.] Hec Gal. Corin. h. autem probat specialiter sibi debere sumptus, qui ex spiritualia ministravit, dicens. [Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnus est, si nos carnalia vestra metarum.] Item i. [Si alii persolventur]

a Polycarp. lib. 4. tit. 31. Burch. lib. 3. c. 43. Ivo p. 3. c. 41. d. l. 1. c. 73. Pann. lib. 2. c. 42. b Numer. 11. c Druet. 14. c. 1. d Des. 12. e Pfal. 103. f al. cum. g Galat. 6. h 1. Cor. 13. i ibidem.



...participat sunt, quate non potius nos? Item. [Qui plantat vineam, & de fructu eius non edit?] Nos plantavimus vineam, & vos vultis fructus eius edere? Item præcepit a Domino per Moysen, ut nemo mittat falcem in alienam messem. Hac mensura nostra est, & vos vultis falcem in eam mittere? Item. b [Nisi dixeritis ut heri trituranter.] Nos sumus boves trituranter: vos vultis ducere nos, & de nostra tritura vultum vobis querere? Item Apostolus. c [Qui altario servit, de altario vivat.] Sed nunquid de eo, cui non servimus? Item. [Qui in sacrificio operatur, cum sacrificio participant.] Sed nunquid cum illo, in quo non operatur? Nos servimus altario: vos ei participare vultis? Item. d [Laborant agricolam oportet primum accipere de fructibus suis:] vos autem eorum queritis? Nos sumus agricolæ laborantes: vos primum vultis percipere de fructibus nostris? Item non primum e, quæ nec dicitur nobis relinquere vultis. A primum enim incipit, paulatim sequitur, & totum usque contendit: ut pro vultu dicitur dicitur, frustatim lupus comedit agnam. Item. e [Quis militat stipendium suum unquam? quis pastorem gregem, & de lacte eius non edit?] Nos militamus: & vos stipendium nostræ militiæ vultis querere? Nos gregem pascamus: & vos lacum, & lanam accipere vultis. Sapere est, de alieno laborantem querere, si sciret, velle, quod non possit. Item Dominus dixit a discipulis suis. [In quærens, domum inquit, in eadem manet, edentes & bibentes, usque apud illas sit.] Item autem iurare eritis, primum dicite, pax huic domui. Nos domum hanc ingressi sumus, & ei pacem obtulimus: vos autem quæritis alio abo pacis gaudere? Videt, ne in vos vertatur aliquid [Videtur huiusmodi] & cibis alienis. Item Prophetæ. i [Sumite psallentem, & date tympanum.] Ipsi a nobis sumunt psallentem, & vos ab eis queritis tympanum? Item Leo quærit. [De h decimis non tantum vobis, sed etiam majoribus vestris præsertim rationem esse plebibus tantum, ubi sacrosancta baptisima datur, debere dari.] Quibus autem plebibus debentur illi, a quibus baptisima accipiunt, an aliis? Nos eos baptisimus, & vos ab eis decimas queritis? Hæc ista interpretatio est: utrum inveniamus, qui se pro vobis interpretentur. Quia ergo nos regimus populum hunc, imitemus doctrinam eius ministrantes, quia colimus eum, ut vobis predicamus, corda eius ad fidem aperientes, si non vultis, si vel patiamini nobis eum fructificare, in & quæsit vobis fieri non vultis, nobis inferre cavete, ne in se pergitis dicit, quæ vultis, audiat, quæ non vultis.

3 pars. Ad hac Callista quidem & multiplici argumentatione nostra asserere contendit: ita, ut si fides verbis adhiberetur, non verba pro verbis, sed res pro verbis reportaretur. Sed duo præcipua, sicut dicitur, verba recipiunt. Arguit nos, quod nos vobis debentur, subripere querimus, quia nostra persequimur. Sapienter quidem, & philosophico ore prelati sententia: suam persequi, est in aliena rapere? Unde ad vos hæc sententia manavit, nisi quæ tanto ardore nostra concepserit, ut vestra putetis vobis auferri, cum nos nostra consequimur? Unde, cum causa nostra debetum finem sortito fuerit, exclamabitis: ab miser, erucior tantum o delatum esse ceptum ex facibus. Sed videte, ne dominum effusi arguantur vobis, & recomposare queratis. Constituitis vos plantatores vinearum, fossores agrorum, trituratores arearum, rigatores camporum, & multa alia huiusmodi officia vobis assumpsistis: & debita vobis obsequia a nobis subtrahi conquisistis. Sed nos non negamus, quod vestrum est. Bovi trituranti paleas, & regumenas, & canem, & grana nobis relinquite: Pastorem arearum, diterna mercede accepta, provenientes fructus domini relinquunt. Vos ergo recepta mercede vestri operis in quotidianis oblationibus, & aliis obsequiis, quæ pro spirituali.

a Deuter. 2. b Deut. 25. c 1. Cor. 9. sed paulo aliter. d 2. Tim. 2. e 1. Cor. 9. f Terentius. g Luc. 10. h Terentius. i Psal. 10. k 16. q. 1. de decimis. l al. saltem patimur. m Tit. 2. Mart. 7. n Terentius. o Terentius.

bus, quæ a vobis accipiunt, quotidie deferuntur, provenientes fructus decimationum & primitiarum nobis relinquite. Item præcepit Dominus discipulis suis, ut comederent & biberent ea, quæ apud audientes suos erant, sed non iussit eis, & domini de domibus suis egerent, & rebus suis spolarent. Non facile invenietis, quæ tales hospites libenter suscipiant. Mus in pera, ignis in serpe, in gremio male sui remunerant hospites. Unde in proverbio dicitur. [Qui a serpente in sinu suo nutrit, percutitur ab eo.] Tales invenietis vobis hospites, quales nobis esse vultis. Non sufficit vobis edere & bibere, quæ in domo nostra sunt, dum quotidiani fructus oblationem percipitis, ex quibus vestrum & vestitionem habeatis: quibus cum Apostolo b debetis esse contenti: sed non vultis, quæ imitatores eius non estis: sed potius nos de domo nostra expellere, & rebus nostris non penitus expellere contentidit, dum nec etiam eorum decimationem nobis relinquere vultis. Ut autem universales omnia colligantur, cuncta, quæ pro vobis indidantur, sive de laborante agricolæ, sive de eo qui sui stipendium non militat, ad hunc articulum deferimus, ut fructum vestri operis, quem adeo recipere contenditis, in oblationibus, & quotidianis obsequiis istorum recipiatis: decimationem vero eorum, quæ nobis debentur, intactas nobis relinquite: ne dum queritis usurpare, quod vestrum non est, iusta animadversione etiam illud cogamini amittere, quod vobis aliquo modo videbatur competere. Quod autem hæc decimationem nullo iure vobis debeantur, facite probamus. Dicitur enim in quodam concilio. [Si e quis laicus, vel clericus, sive utriusque sexus persona proprietatis sua loca, &c.] sicut in eodem capitulo in causa monachorum notata invenimus. Si ergo laicus, vel clericus, vel qualibet persona loca sua proprietatis vendens, aut donans, provenientem decimationem ab ecclesia, cui legitime assignatus est, nullo modo potest abstrahere, nec isti de diocesi ad diocesim transientes, decimas suorum pradiorum, quæ intra terminos nostra parochia continentur, nobis auferre possunt. Quantum enim ad jus percipiendarum decimarum attinet, idem est possessorem de diocesi ad diocesim transire, quod possessionem de diocesi ad diocesim transferre.

QVÆSTIO II.

AD hæc, decimationes ista, & si iure vobis debentur, ut asseritis, tamen tricennalis obiectio vobis silentium imponit. Omnis enim pestifera tricennaria præscriptione tollitur, vel quadragenaria (sicut possessione religiosarum domorum) vel centenaria, sicut prædixit sancta Romana ecclesia.

C. I. & Quatriginta anni ab Episcopis possidentur, iure ab eis vindicantur.
Unde Gelasius Papa ait Episcopis Sicilia, epist. 2. c. 2.

Facultates d ecclesie, nec non & dioceses, si quæ ab aliquibus possidentur Episcopis, iure sibi vindicent, quod tricennalis lex conclusit: quia & filiorum nostrorum Principum ita emanavit auctoritas, ut ultra xxx. annos nulli liceat pro eo appellare, quod legum tempus exclusit.

At illi e contra. Cujus auctoritate nobis silentium imponitis, eadem auctoritate vestra ora claudimus. At enim idem Gelasius. [Nulla præsumptione statum parochiarum, &c.] Si ergo temporalis obiectio diocesis semel constitutam diruere non potest, patet, quod nec vobis patrocinabitur, ut statum parochia nostra mutantes, decimationem nobis quondam legitime assignatam, vindicabili usurpatione vobis vindicetis. Quomodo autem distinguenda sunt hæc auctoritates, in causa monachorum invenietur.

2 pars. Nunc autem queritur de iure faciendi: quæ harum ecclesiarum habeat jus tumulandi istis. Sicut Hiero-

a ectr. de Iudæis, c. est. citatur hoc tanquam vulgare proverbium, Serpeni in gremio. b 1. Tim. 6. c 16. q. 1. si quis laicus. d 16. q. 3. c. 2. s. illud etiam. Ans. l. 5. c. 29. Burgh. l. 3. cap. 149. Pann. l. c. 65. 16. q. 3. licet in regulis. 16. q. 4.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nymus a scribit, conjugati in uno sepulchro videntur esse ponendi.

Aut enim.

C. II. ¶ In sepulchro parentum suorum filia suae collocandi.

Ebron b dicitur esse civitas quatuor i virorum. quia in ea sepulci sunt tres Patriarcharum in spelunca duplici cum tribus uxoris suis, id est, Abraham & Sara, Isaac & Rebecca, Jacob & Lia, praeter ipsum Adam & Evam uxorem suam. Tobias e dicit ad filium suum. [Cum accepit Deus animam meam, corpus meum sepelies, & honorem habebis matri tuae omnibus diebus vitae eius: & cum ipsa compleverit tempus suum, sepelias eam juxta me in uno sepulchro.] Ibidem. ¶ Quos d. conjunxit unum conjugium, conjugat sepulchrum: quia una caro est; & quos Deus conjunxit, homo non sepatet.

¶ Quatuor] Sic emendatum est, cum antea legeretur, trium. Sic enim legitur apud B. Hieronymum in questionibus hebraicis in Genesim, de loci hebraici, & in epitaphio Paula. Ac dictio hebraica significat quatuor, & quatuor Patriarchae hic nomenantur, qui ibi sepulti sunt: Abraham, Isaac, Jacob, & Adam cum uxoris suis.

C. III.
Item Augustinus e.

¶ VNaquaque f. mulier sequatur virum suum, sive in vita, sive in morte. Item Gregorius. ¶ Soror B. Benedicti sepulta est in sepulchro quod ipse sibi praeparaverat: ut quorum mens una fuit semper in Domino, eorum quoque corpora sepultura non sepatet.

¶ In plerisque vetustis capit hoc conjunctum est, superori, nos ipsa profus auctororum verba asserimus.

Item Joseph g moriens in Aegypto, rogavit fratres suos, ut tempore visitationis suae ossa sua secum deferrent, & in sepulchro Patrum suorum ea collocarent. ¶ Item. Distum h est Propheeta, qui contra praecipitum Domini comederat in Bethel. [Non inferretur cadaver tuum in sepulchrum patrum tuorum.] ¶ Item. De nonnullis legitur in libro Regum [obit, & appositus est ad patres suos] hoc est, in sepulchro patrum suorum. ¶ Item. In novo Testamento B. Philippus legitur edificasse sibi sepulchrum, in quo ipse, & filia eius quae venient.

¶ Item. Beatus i Severus Ravennatensis Archiepiscopus tumulum fieri iussit, in quo se, & uxorem, & filiam collocavit. ¶ His omnibus exemplis colligitur, quid in sepulchris parentum corpora filiorum collocanda sunt. Quia ergo parentes istorum apud priores ecclesias sepulti sunt, & hi apud eandem debent tumulari. ¶ Econtra, Adam, k ut asseritur, in civitate Arbae tumulatus est. Sed nequid omnes filii eius sepulti sunt ibi? tanta multitudo humani generis tunc brevis tumulo non tam facile posset includi. ¶ Item Abraham l ibi sepultus est. Sed nequid Isaac, & Maria, & alii, quos de Gebura genuit, ibi sepulti sunt? ¶ Item Isaac ibi sepultus est: Sed nequid Esau cum eo tumulatus est? ¶ Item Jacob ibi collocatus est. Sed nequid aliqui filiorum eius praeter Joseph ibi sepulti est? Rachel quoque, non in Ebron, sed juxta Bethleem m tumulata legitur. Exemplo igitur istorum liquet, quid liberum est filios sepeliri in sepulchris patrum suorum, & liberum est eis alibi pro locorum & temporum opportunitate corpora sua hospitium inveniri.

¶ Non ergo hoc exemplo isti coguntur sepeliri in sepulchris patrum suorum. ¶ Item, quae legibus definita sunt, mutare non licet. Quae autem legibus expressa non sunt, arbitrium sequantur humanae voluntatis. At legibus definitum est, quibus de-

¶ In Triburionensi impresso cap. 15. habetur eadem sententia, sed non isdem omnino verbis expressa.

¶ Quia ergo decimam nobis persolvebat virum, & apud nos sepeliendus est mortuus. Item, si quis de provincia ad provinciam transierit, & ibi domicilium sibi collocaverit, liber saltem a decima prioris iudicis, jurisdictioni illius iudicis subiaceret, in cuius provincia sedem sibi elegerit. Quia ergo isti a vestra ditione in nostram transierunt, liberi a vestra ditione, nostrae iuri subiacent. Nolunt esse ergo juri suorum diti.

Sed obicitur illud Melchias Papae. ¶ C. VII. ¶ Propria tenentate sepulchrum parentum relinquere non licet.

¶ Placuit per omnia magno concilio, ut nullus proprii arbitrii tenentate aliam ecclesiam, nisi cuius filius antiquorum parentum canonica institutione subiacere perhibetur, sepultura causa adire procurer: nisi infirmitatis causa praecepit, in aliam fuerit regionem quolibet negotio progressus. Ad hoc, si quis praesertim

a 16. qu. 1. admonere. b lvo p. 16. c. 11. c al. manuscriptorum. d 16. qu. 1. ubi conjung. Burel. l. 3. c. 137. lvo p. 3. c. 137.

cime sint persolvenda, & ideo danti mutare non licet. Vt autem quisq. tumulandus sit, legibus expressum non est, & idcirco voluntate tumulandi consistit.

C. IV. ¶ Ultima voluntas defuncti servari debet.

Unde B. Gregorius ait.

¶ Ultima a voluntas defuncti modis omnibus conservari debet.

¶ Sententia huius capituli habetur lib. 3. epist. 9. in verbis, quae referuntur. 7. 16. qu. 1. admonere. Item, lib. 9. epist. 20. Necessarium est, inquit, ut si impletum hoc fuerit, defuncti dispositio conservetur. Sic enim in manuscriptorum: licet in vulgata sit depositio conservetur.

¶ 4 pars. Quod de libero, & non de servo intelligendum est. Servus enim testamentum paginam coherere non potest.

C. V. ¶ Servus testamentum facere non potest.

Unde Gelasius Papa scribit Honorio Episcopo.

¶ Illud b etiam sinceritatem tuam volumus non latere, ad nos fuisse perlatum, quod ampliatum conditum (quod non solum servum constat esse ecclesia, sed etiam ejus rationibus a multis temporibus implicatum, ut etiam si esset ingenuus, donec ratio cuncta deducere modis omnibus obnoxius haberetur) ausu temerario molitus fuerit condere paginam testamenti: cujus omne peculiis ecclesiasticis iuri legibus non dubitatur obstrictum. Quapropter his praesumptionibus, vice nostra, tua sinceritas contradicit: nec fieri profus aliqua surreptione permittat. Ac si eidem quidem humanitas forte contigerit, quia grandævus esse memoretur: cujus apud dilatione substantiam praecipiat humanitas e tua filii ejus duntaxat quibus patrimonium probatur esse commissum, sub fidei descriptione contradi, donec universis temporibus, quibus hoc patrimonium gubernalle cognoscitur, partes Dominicas reddere cogantur in decimas pars. Quia ergo secundum Gregorium ultima voluntas defuncti conservanda est, pro ipsorum voluntate corpora eorum tumulanda, non pro arbitrio vestra dispositio.

C. VI. ¶ Vbi quisq. decimas persolverit, ibi sepeliendus est.

Item in Triburionensi concilio legitur.

¶ Vbi quique d. temporum vel locorum facultas fuerit, apud majorem ecclesiam, ubi sedes est episcopii, sepultura celebretur. Si autem propter temporis vel loci asperitatem hoc difficile fuerit visum, apud ecclesiam in qua religiosorum canonicorum, vel monachorum, vel sanctimonialium religiosa congregatio communitate degerit, sepeliatur. Si autem & hoc ineptum visum fuerit, ubi quis decimas persolvebat vivus, ibi sepeliatur & mortuus.

¶ In Triburionensi impresso cap. 15. habetur eadem sententia, sed non isdem omnino verbis expressa.

¶ Quia ergo decimam nobis persolvebat virum, & apud nos sepeliendus est mortuus. Item, si quis de provincia ad provinciam transierit, & ibi domicilium sibi collocaverit, liber saltem a decima prioris iudicis, jurisdictioni illius iudicis subiaceret, in cuius provincia sedem sibi elegerit. Quia ergo isti a vestra ditione in nostram transierunt, liberi a vestra ditione, nostrae iuri subiacent. Nolunt esse ergo juri suorum diti.

Sed obicitur illud Melchias Papae.

C. VII. ¶ Propria tenentate sepulchrum parentum relinquere non licet.

¶ Placuit per omnia magno concilio, ut nullus proprii arbitrii tenentate aliam ecclesiam, nisi cuius filius antiquorum parentum canonica institutione subiacere perhibetur, sepultura causa adire procurer: nisi infirmitatis causa praecepit, in aliam fuerit regionem quolibet negotio progressus. Ad hoc, si quis praesertim

a 16. qu. 1. admonere. b lvo p. 16. c. 11. c al. manuscriptorum. d 16. qu. 1. ubi conjung. Burel. l. 3. c. 137. lvo p. 3. c. 137.

contra hoc agere fategerit, eccleſiaſtico vinculo ſe ſubdi-
cognoscit.

Sed quod ex ſermonum ſuperbia aſum antiquorum paren-
tam non ſequi aliquid, rationabili occaſione novam ſibi ſepul-
tam eligi. Contra Melchiodi Papa auctoritatem nititur, qui
ſuperbia, vel otio ductus, ſive variis perſuaſionibus, aut variis mu-
nificentiis, ſepulcrum parentum ſuorum ſequi contemnit. 1.
Secundum Gregorium autem liberam habet voluntatem, qui certa
cauſa, necum ſuo corpori quarit hoſtium. ¶ Velut qui-
dam diſtingunt, libera eſt ultima voluntas cuiuſque, non in ſepul-
tura ſibi eligenda, ſed in teſtamento conſtituendo. Unde teſtamentum
appellatur, quia equiſque liberè teſtatur, quod poſt ſuam deceſ-
ſum de propria rebus ſibi velit. ¶ Sed non videtur libera teſta-
menti voluntas, cum ſecundum Auguſtinum pro a numeroſorum
debet ſibi teſtamentaria diſtributio ſubſtitutum: veluti, ſi quis
habet unum filium, Chriſtum putet alterum: ſi vero duos, Ori-
ſtum faciat tertium: & ſuper ordinem. Et ſecundum Leonem,
quiſque medietatem b. verum, qua Chriſto reſtatur, eccleſia iubetur
relinquere, etiam quæ ſibi ſacramenta ſuſcepit. Sed illud Au-
guſtini non eſt iudicium, ſed deborantur, ne quis iratus ſilium ſuum
exhereditet, ut non Chriſto reſtoretur.

Aut cum in ſum. 2. c. de vita clericorum.
¶ Sequi contemnit] In duobus exemplaribus Gratiani
Vaticani ſequitur. Aut Leo Episcopus, &c. & ponitur integrum
capitulum extra, tit. de ſepul. quod etiam refertur ab Ivo
p. 7. c. 10. & ab Anſelm. l. 1. c. 55. & in Poly. l. 4. tit. 36. c. 1. Leme no-
mo. Verum in aliis duobus vetuſtis, & valde emendatis hoc idem
capitulum poſt verſus. Sacramento ſuſcepit. Et certe ver-
ba iſta, & ſecundum Leonem, &c. indicant aliqui hanc Leo-
ni auctoritatem & Gratiano eſſe relatum.

**C. VIII. ¶ Pro numero filiorum pars heredi-
tatu Deo offeratur.**

¶ Si quis irascitur filio ſuo, & moriens exhereditat
eum, ſi viveret, non eum placarem: non ei filium
reconciliare deberem: Quomodo ergo cum filio ſuo
volo ut habeat pacem, cuius appeto hereditatem? Sed
plura ſibi faciat, quod ſæpe hortatus ſum. Vnum filium
habet: putet Chriſtum alterum: duos habet: putet Chri-
ſtum tertium: decem habet: Chriſtum undecimum faci-
at, & ſuſcipio.

Hæc nimium auctoritate meſura teſtatori præſcribit, non quam
exagere excolere, ſed quam prohibetur tranſcendere.

**C. IX. ¶ Excommunicatur, qui deſunctorum
oblationes eccleſis negant.**

Unde in Carthaginenſi concilio IV. c. 95.
¶ Vi oblationes deſunctorum aut negant eccleſiis,
aut difficulter reddunt, tanquam egentium neci-
tatores excommunicantur.

**C. X. ¶ Vi infideles ejiciantur ab eccleſia, qui de-
ſunctorum oblationes retinent.**

¶ Item ex concilio Valenſi I. cap. 4.
¶ Vi ſ oblationes deſunctorum retinent, & eccle-
ſia tradere demorantur, ut infideles ſunt ab eccle-
ſia abjiciendi: quia uſque ad inaniſſionem fidei perve-
nitæ certum eſt hanc pietatis divina exacerbationem:
quia & fideles de corpore recedentes, votorum ſuo-
rum plenitudine, & pauperes conſolatu alimonie, & ne-
ceſſaria ſuſtentione fraudantur. Hi enim tales quaſi
egentium necitatores, nec credentes iudicium Dei haben-
di ſunt. Unde & quidam Patrum hoc ſcriptis ſuis inſe-

a Inſcriptum. b Ex tit. de ſepul. c. relatum. c Sive
ſerm. 21. ad fratres in eremo. Omittuntur autem verba aliquot.
d In conc. Aquileſi. l. 2. p. 3. c. 175. e Burch. l. 3. cap. 141. l. 10
p. 3. c. 101. f Deuſſedit p. 4. l. 10 p. 3. c. 155.

ruit, congruente ſententia, qua ait [Amicus a quid-
piam rapere, furtum eſt: eccleſiam vero fraudare, ſa-
cilegium.]

**C. XI. ¶ Qui oblatæ eccleſiis, aut teſtamento re-
ſta retinere præſumpſerint, excommu-
nicentur.**

¶ Item ex Concilio Agathenſi, c. 4.
¶ Clerici b vel ſæculares, qui oblationes parentum
aut donatas, aut teſtamento relictas retinere per-
ſiſterint, aut id, quod ipſi donaverint eccleſiis vel mo-
naſteriis crediderint auferendum, ſicut ſancta ſynodus
conſtituit, velut necitatores pauperum, quouſque red-
dant, excludantur eccleſiis. ¶ Si quis autem clericus
furtum eccleſiæ fecerit, peregrina ei communio tri-
buatur.

7 pars. Item quaſitur, an pro ſepultura mortuorum aliquid
ſit exigendum.

**C. XII. ¶ Pro ſepultura nihil muneri exi-
gendum eſt.**

De his ita ſcribit Gregorius c. lib. 7. regeſt. indiſt. 2. c.
piſt. 55. Iamario Episcopo Sardinia.
¶ Veſta d eſt nobis Nereida foemina clariffima,
quod ab ea centum i. ſolidos pro filia ſua ſepul-
tura fraternitas veſtra velit. e exigere. ¶ Hoc au-
tem vitium & nos, poſtquam, Deo auctore, ad epiſco-
patus honorem acceſſimus, de eccleſia noſtra omnino
vetuimus, & pravam denuo conſuetudinem nequaquam
uſurpari permiſimus: memores, quia dum Abraham f
à filiis Ephron, 2 hoc eſt, à filiis Seor, ſepulchri tertiam
pretio ad humandum corpus conjugis poſtulare, præ-
mium accipere renuit: ne commodum videretur deca-
davere conſecutus. Si ergo tantæ conſiderationis pa-
ganus vir fuit: quanto magis nos, qui ſacerdotes dici-
mur, hoc facere non debemus? Unde ne hoc avaritiæ
vitium vel in alienis denuo tentari præſumatur, admo-
neo. Sed ſi quando aliquem in eccleſia veſtra ſepeliri
conceditis, ſiquidem parentes ipſius proximi, vel hæ-
redes pro luminaribus ſponte quid offerre voluerint, ac-
cipi non vetamus. Peti vero aliquid, aut exigi omnino
prohibemus: ne (quod valde irreligioſum eſt) aut ve-
nalis forteſſe (quod abiſt) dicatur eccleſia, aut vos de
humanis videamini moribus gratulari, ſi ex eorum ca-
davere ſtudatis quætere quolibet modo compen-
dium 3.

1 ¶ Centum] Dicitur iſta ab eſt a nonnullis exemplaribus
Gratiani, & epistolarum B. Gregorii. Sed quia in aliis eorundem
codicibus etiam manuſcriptis legitur, non eſt inducitur.

2 ¶ Ephron] Locus hic variè legitur. In epistola B. Gregorii
magis recepta lectio hæc eſt, à filiis Emor, hoc eſt, Ephron fi-
lio Seor. & Gen. 23. habetur, intercedite pro me apud E-
phron filium Seor.

3 ¶ Compendium] Poſt hoc caput in duobus antiquis ex-
emplaribus recitantur duo Urbani ſecondi, qua placuit hic aſſerri,
ne plane interiret, quod alibi non facile inveniuntur, & unum eo-
rum citatur extra de ſepul. c. certificari. Urbanus II. Gothſte-
do Magalonenſi Episcopo.

¶ Mortuorum, qui in monaſterio ſepeliri deſiderant,
aut omnino juxta prædeceſſoris noſtri Leonis decretum,
partem elemoſynarum mediam, aut juxta diſpenſatio-
nem noſtram in Lateranenſi concilio promulgatam, par-
tem tertiam in Lateranenſi concilio ſtatutum deſelin-
quendum. Idem eodem.

¶ Capellanos quoque monachorum, ſicut reliquos pa-
rochia tuæ clericos, debitam tibi obedientiam perſolve-
re volumus.

a Sup. l. 2. q. 2. gloria. b Burch. l. 3. c. 140. ex concilio apud
Valentiam. l. 10 p. 3. c. 206. Pavn. l. 3. cap. 5. c Eriſm concil. Meliten-
ſi, ca. 72. d Polyd. l. 5. tit. 5. l. 10 p. 3. c. 101. e al. non embeſcat,
f Gen. 23. Am. 7.



C. XIII. ¶ Etiam coacti de sepultura pretium non debemus accipere. Item Hieronymus in quatt. Hebra. ad c. 23. Gen.

Postquam a pretio victus est Ephron, ut sepulchrum venderet argento, licet cogente Abraham, vau litera, que apud illos pro o legitur, ablata de eius nomine est, & pro Ephron appellatus est Ephraim: significante scriptura, non cum fuisse consummatus, perfectaque virtutis, qui potuerit memorias vendere mortuorum. ¶ Sciant igitur, qui sepulchra venditant, nec cogantur, ut accipiant pretium, sed a nolentibus quoque extorquent, immutari nomen suum, & perire quid de merito eorum: cum etiam ille reprehendatur occulte, qui inuitus accepit.

C. XIV. ¶ De eodem. Item ex Concilio Triburienfi, c. 16.

In b Ecclesiastico s namque libro scriptum est: [Mortuo non prohibeas gratiam, sciens, quoniam omnes moriemur.] & item, d [omnia que de terra sunt in terram convertuntur.] Quid terra terram vendis? memento, quoniam terra es, & in terram ibis, i & quoniam mors tibi futura est: appropere, & non tardat. Recordare, quoniam non hominis est terra: sed ut Psalmista commemorat. [Domini est terra, & qui habitant in ea.] Si terram vendis, inuisione alieni f rei ejus reneberis. Gratias accepisti a Deo: gratis da pro eo. Quare interdictum sit omnibus omnino Christianis, terram mortuis vendere, & debitam sepulturam denegare: nisi forte proximi, & amici defuncti propter nomen g, & redemptionem anime viri gratis aliquid date velint.

¶ Ibis] In codicibus vulgatis erat, reverteris, & sequantur hoc, & alibi de homine dictum est: terram geris, & in terram converteris, qui de terra sumeris: que sunt expuncta: quia absint a plerisque, vetustis, & ab originali.

C. XV. ¶ De eodem. Item ex Concilio Varenfi.

Præcipiendum h est secundum canonum auctoritatem, ut de sepulchris, & hominibus sepeliendis nihil muneris exigant: nisi forte qui sepelitur, vivens iusserit ecclesie, in cuius atrio sepelitur, aliquid de suis rebus tribuere, aut etiam post mortem ipsius, illi quibus commissum est ejus elemosynam facere, de rebus illius aliquid sponte dare voluerint: & tamen nullatenus a presbyteris ecclesie i illius aliquid exigatur, siue ab illis, qui locis & villis k præfunt. ¶ Prohibendum est etiam secundum majorum instituta, ut in ecclesia nullatenus sepeliantur, sed in atrio, aut in porticu, aut in l exhedris ecclesie: Intra ecclesiam verò, & prope altare, ubi corpus & sanguis Domini conficitur, nullatenus sepeliantur.

¶ Extat in concilio Nannetensi, c. 6. ex quo citatur a Burchardo & Ivone: sed quia potuit esse repetitum in aliquo Varenfi, seu Varesi, non est mutatum. In epitome quidem conciliorum est in Varesi, c. 3.

C. XVI. ¶ A sacris locis non iuvantur post mortem, quibus peccata non sunt dimissa. Item Augustinus.

¶ Qvibus m peccata dimissa non sunt, a sacris locis post mortem adjuvari non possunt, quia, quos peccata graviora deprimunt, si in sacris locis se sepeliri faciunt, restat, ut de sua presumptione judicentur: quia eos sacra loca non liberant, sed culpa temeritatis accusat.

a Pavn. l. 2. c. 26. b Ivo part. 3. cap. 213. c Ecclef. 7. d Ecclef. 40. Genes. 3. e Psalm. 23. f al. Dominice. g. al. in ven. Domini. h Burch. l. 3. cap. 139. Ivo part. 3. cap. 222. i al. illi aliquid. k al. vici. l al. extra ecclesiam. m Poly. l. 8. tit. 5. Burch. lib. 3. c. 152. Ivo p. 3. c. 314. in concil. Tribur. c. 17.

¶ Caput hoc a Burchardo etiam & Ivone citatur ex Augustino, & non nihil ad hanc rem factum habetur in libro de cura agendi pro mortuis, c. 2. sed videtur confectum ex duobus locis, lib. 4. de log. B. Gregorius uno quidem in c. 37. altero autem in c. 39. quod refertur in concil. Tribur. c. 17. Nam capite quidem 31. cum narasse quondam sanctimoniale, que in ecclesia sepulta fuerat, reseruisse sibi cremari, ex eo colligit. Quia ex re aperte datur intelligi, quia hi, quibus peccata dimissa non fuerint, ad vitandum iudicium sacris locis post mortem valeant. ¶ c. autem 39. cum memorasset corpus cuiusdam Valentini i sepulchro per demonas fuisse exstratum, & extra ecclesiam projectum, his subiungit: Ex quo Petre collige, quia his, quos peccata gravia deprimunt, si in sacro loco sepeliri se faciant, restat, ut etiam de sua presumptione judicentur: quatenus eos sacra loca non liberent: sed etiam culpa temeritatis accusent.

C. XVII. ¶ Quibus prosi in ecclesia sepeliri. Item Gregorius a lib. 2. dial. c. 30.

¶ Vm gravia b peccata non deprimunt, hoc proci mortuis, si in ecclesia sepeliantur, quod eorum proximi, quoties ad eadem sacra loca veniunt, suorum quorum sepulchra aspiciunt, recordantur, & pro eis Domini preces fundunt. Nam quibus peccata gravia deprimunt, non ad absolutionem potius, quam ad maiorem damnationis cumulum, eorum corpora in ecclesiis ponantur.

C. XVIII. ¶ Qui sepeliantur in ecclesia. Item ex concilio Moguntiacol. c. 17.

¶ Villus c mortuus intra ecclesiam sepelitur, nisi Episcopi, aut Abbates, aut digni Presbyteri, vel fideles laici. Quid verò mortuis prosi iuxta ecclesiam sepeliri, quidve ad eos perveniat, Augustinus in lib. de agenda cura pro mortuis, cap. ult. ostendit, dicens.

C. XIX. ¶ Quare mortui iuxta ecclesiam sepeliantur.

¶ Non d æstimemus e ad mortuos, pro quibus curam gerimus, pervenire, nisi quod pro eis siue altaris, siue orationum, siue elemosynarum sacrificiis solentiter supplicamus. Quamvis non pro quibus sunt, omnibus proficit: sed his tantum, quibus dum vivunt, comparatur ut proficiat. Sed quia non discernimus qui sint, oportet ea pro regeneratis omnibus facere: ut nullus eorum pretermittatur, ad quos hæc beneficia possint & debent pervenire. Melius enim supererunt ista eis, quibus non obfunt nec profunt, quam eis deerunt, quibus profunt. ¶ Diligentius tamen facit hoc quisque pro necessitatibus suis, quod s pro illo fiat similiter à suis. ¶ Corpore autem humando quidquid impenditur, non est proximum salutis: sed humanitatis officium, secundum officium quo nemo g unquam carnem suam odio habet. Vnde oportet, ut quam potest, pro carne proximi curam gerat cum ille recesserit, qui gerat h. Et si hac faciunt, qui carnis resurrectionem non credunt, quanto magis debent facere, qui credunt? ut corpori mortuo, sed tamen resurrecturo, & in æternitate mansuro, impensum epulandi officium, sit etiam quodammodo ejusdem fidei testimonium. ¶ Quod verò quisque apud memoriam martyrum sepelitur, hoc tantum mihi videtur prodesse defuncto: ut commendans eum etiam martyrum patrocinio effectus pro illo supplicationis augeatur.

¶ Econtrà Hieronymus in epistola ad Galat. r. 8. ad ea verba [unusquisq; suum.]

C. XX. ¶ Post mortem orationes conventum mortuorum damnatis non proficiunt.

a Nic. ad consulta Bulgarrorum. c. 39. b Synod. orig. Poly. lib. d. Burch. l. 3. c. 139. Ivo p. 3. c. 216. c Burch. l. 3. c. 39. Ivo p. 3. c. 274. d Ivo p. 2. c. 131. e al. existimemus. f aliquid. g Ephes. 5. h ul. regebat. In præfatione.

In presentis saculo scimus siue orationibus, siue confitissimam posse nos coadiuari. Cum autem ante tribunal Christi venerimus, non Iob, non Daniel, nec Noë rogare posse pro quoquam, sed unumquemque portare onera suam.

¶ *Vita B. Hieronymi sunt hæc.* Obscurè licet, docemur per hinc sententiam novum dogma quod latitat, dum in presentis seculo sumus, siue, &c.

¶ *Oratio hic de impotentibus accipiendum est, de quibus Propheta dicit, Non dabis Deoplacationem suam, nec pretium redemptiois anime sue: Et ideo frater non redimet eum, sed laborabit in aeternum, & vivet adhuc finem.* De alio autem intelligi non potest.

C. XXI. ¶ *In penitentia defuncti bona profunt viventium.*

¶ *Unde Gregorius Papa II. Bonifacio Episcopo, epistol. ultima.*

¶ *Pro obuentibus quippe consuluisse dignosceris, si licet oblationes offerre: sancta sic tenet ecclesia, ut quisque pro suis mortuis verè Christianis offerat oblationes, atque prebeyer eorum memoriam faciat: & quamvis omnes peccatis subjaceam, congruit, ut sacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat & intercedat: non parum pro impiis. (quamvis Christiani fuerint) tale quid agere licebit.*

C. XXII. ¶ *Anima mortuorum quaeritur modis solvuntur.*

¶ *Anima defunctorum quatuor modis solvuntur, aut oblationibus sacerdotum, aut precibus sanctorum, aut elemosynis, aut jejuniis cognationum.* ¶ *Curatio vero funeris, conditio sepultura, pompa equiarum, magis vivorum solatia sunt, quam subiecta mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura peniola, oberit pio vilis, aut nulla.* ¶ *¶ Nec ideo tamen continentia & abjicienda sunt corpora defunctorum, maximeque iustorum ac fidelium.* ¶ *¶ Vbi & illud salubriter dicitur, quanta possit esse remuneratio pro elemosynis, quas viventibus & sentientibus exhibemus; si neque hoc apud Deum perit, quod ex animis hominum membris officii, diligentiaque persolvitur.*

¶ *¶ Anima] Horum verborum usq. ad vers. curatio, multo caetero inventus est. Ea Burchardus citat ex dictis Origenis. Ivo dicit Gregorii.*

C. XXIII. ¶ *Ante diem iudicii, sacrificii, & elemosynis mortui iurantur.*

¶ *Item Augustinus in Enchiridion. c. 109. & 110.*

¶ *Tempus d, quod inter hominis mortem, & ultimam resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut unaquaque digna est vel requie, vel ærumna, pro eo quod sortita est in carne, dum viveret. Neque negandum est, defunctorum animas pietate suorum viventium relevari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel elemosynæ in ecclesia sunt. Sed hæc eis profunt, qui cum viverent, ut hæc sibi postea possent prodesse, meruerunt. ¶ Est enim quidam vivendi modus, nec tam bonus, ut non requiratur ista post mortem; nec tam malus, ut ei non profint ista post mortem. Est verò talis in bono, ut ista non requiratur: & est rursus talis in malo, ut nec his valeat, cum hæc vita transierit, adjuvari. Quocirca hic omne meritum comparatur, quo possit post hanc vitam relevari quisquam, vel gravari. ¶ Cum sacrificia altaris, siue quarumcumque elemosynarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis gra-*

a Tsal. b Poly. lib. 1. tit. 7. c al. idem. Poly. lib. 1. tit. 6. Burch. lap. c. 12. August. de cura pro mortuis, c. 2. d. 1. de orat. c. 12. d. Sent. 4. dist. 45. Ans. 1. 7. c. 170.

tiarum actiones sunt: pro non valde malis propitiationes sunt: pro valde malis, etsi nulla sint adjumenta mortuorum, qualecumque vivorum consolationes sunt. Quibus autè profunt, aut ad hoc profunt, ut sit plena remissio, aut certe, ut tolerabilior fiat ipsa damnatio.

¶ *9 pars. De observantia autem tertii, septimi, trigesimali, vel quadragesimali diei quaritur, unde exordium sumptum.*

C. XXIV. ¶ *Quare recepti dies in mortuorum commemoratione serventur.*

¶ *Ambrosius in lib. de obitu Theodosii Imperatoris dicit, ferè in principio.*

¶ *Via a alii tertium, & alii tricesimum, alii septimum, alii quadragesimum observare consueverunt, quid doceat lectio, consideremus.* ¶ *Defuncto, inquit, Iacob, præcepit Ioseph pueris suis sepulchroribus, ut sepelirent eum, & sepelierunt sepulchros Israel, & repleti sunt ei quadraginta dies. Sic enim dinumerantur dies sepultura. Et luxit eum Israel 2 septem diebus.] Hæc ergo sequenda solennitas, quam præscribit lectio. Sic etiam in Deuteronomio scriptum est. [Quia planxerunt filii Israel Moysem diebus triginta, & consummati sunt dies luctus.] Vtraque ergo observatio habet auctoritatem, qua necessarium pietatis impletur officium.*

¶ *¶ Alii tertium] Apud B. Ambrosium legitur. Quia alii tertium diem, & tricesimum, alii septimum, & quadragesimum. Verum in missalibus Romanis tam antiquis, quam recentioribus, & Ambrosianis nulla est mentio diei quadragesimi, neque nullus, sup. dist. 44. & 7. de consec. dist. 3. ex concilio Narniensi. Est tamen frequens apud Græcos.*

¶ *¶ Israel septem] Codices B. Ambrosii habent, & luxit eum Aegyptus septuaginta diebus: quemadmodum habet editio 70. & vulgata. Sed tamen visa est ferri posse lectio hæc, quæ est in omnibus etiam Gratiani manuscriptis: quoniam paulo post in eodem c. 50. Gen. hæc additur de Ioseph, & ceteris filiis Israel. Veneruntque ad aream Adad, qua sita est trans Iordanem: ubi celebrantes exequias, planctu magno atque vehementi impleverunt septem dies.*

¶ *10 pars. Lugere autem, & tristari tam pro nostra, quam pro aliorum morte Cyprianus prohibet, dicens in sermone de mortalitate.*

C. XXV. ¶ *Nec pro nostra, nec pro aliorum morte tristari debemus.*

¶ *Quam præposterum est, quamque perversum, ut cum Dei voluntatem fieri postulemus, quando evocatos, & accessit de hoc mundo Deus, non statim voluntatis ejus imperio pareamus: obnitimus & reluctamur: & perveracium more servorum ad conspectum Domini cum tristitia, & merore perducimur, exeuntes istinc necessitatis vinculo, non obsequio voluntatis: & volumus ab eo præmiis cælestibus honorari, ad quem venimus invitati. Idem paulo inferius. ¶ Nobis quoque ipsis minimis & extremis quoties revelatum est, quam frequenter, atque manifestè de Dei dignatione præceptum est, ut contestaret assidue, & publicè prædicarem, fratres nostros non esse lugendos, accessione d. Dominica de sæculo liberatos, cum sciamus non eos amitti, sed præmitti; recedentes præcedere, ut proficiscentes, & e navigantes solent.*

C. XXVI. ¶ *Ex pusillanimitate mortuos lugere contingit.*

¶ *Item Ioannes Chryostomus hom. 26. in c. 11. epist. ad Hebræos.*

¶ *Vbiunque sepeliamur, Domini est terra, & plenitudo ejus. Omnino sit, quod oportet fieri. Lugere autem, & deplorare, & lamentari eos, qui de hac vita decedunt, ex pusillanimitate contingit.*

a Poly. lib. 3. tit. 7. Ans. 1. 7. c. 109. b Gen. 50. c Deut. 34. d al. accessione. e al. ut. f Ps. 33.



Hoc autem ex desperatione futura resurrectionis intelligitur. Vnde & Apostolus non simpliciter ait: a [Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini.] sed addidit, sicut & ceteri, qui spem non habent. Pectus namq[ue] affectu, & humanitati intuitu mortuos lugere non prohibemur: sicut nonnullos sanctorum, aliorum exequii pijs lachrymas impendisse legitur.

C. XXVII. ¶ Qui spem futurae resurrectionis habent, de mortuis tristari non debent.

Hinc etiam Anastasius Papa ep[iscopu]s. 2. ad Neriannum.

Abent b[ea]t[us] forsan illi iustam longi doloris excusationem, qui vitam alteram nesciunt, qui de hoc faculo ad melius esse transitum non confidunt. Nos autem, qui novimus, qui hoc credimus & docemus, contristamini nimium de obeuntibus non debemus: ne quod apud alios pietatis tener speciem, hoc magis nobis in culpa sit. Nam diffidentia quodammodo genus est, contra hoc, quod quisque praedicat, torqueri i[m]mortalitatis, dicente Apostolo. e [Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini, sicut & ceteri, qui spem non habent.]

i ¶ Torqueri ¶ Sic est emendatum ex epistola B. Gregorii, in qua hoc idem habetur. In epistola Anastasi legitur, contra quod quisque praedicator quaeritur, iustitiam amans, dicente, &c. In codicibus autem Gratiani etiam manifestum videbatur missa esse lectio ex utraque, hoc modo, contra hoc, quod quisque praedicat quaerere, iustitiam amans, dicente, &c.

C. XXVIII. ¶ De eodem.

Item ex concilio Toletano III. c. 22.

Qui divina vocatione ab hac vita recedunt, cum Psalms tantummodo, & psallentium vocibus debent ad sepulchra deferri. Nam i funebre d[omi]ni carnis, quod vulgo defunctis cantari solet, vel in pectoribus se, aut proximis, aut familias cadere omnino prohibemus. Sufficit autem, quod in spe resurrectionis Christianorum corporibus famulatus divinum impenditur beneficium. Prohibere enim non Apostolus e nostris lugere defunctos, dicens: [De dormientibus autem nolo vos contristari, sicut & ceteri, qui spem non habent.] Et Dominus si non flevit Lazarum mortuum, sed ad vitam huius ploravit atrox resuscitandum. Si autem g[er]it hoc Episcopus omnes Christianos prohibere, agere non moxetur. Religiosis b[ea]t[us] tamen omnino aliter fieri non debere censemus. Sic enim Christianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorum.

i ¶ Nam funebre ¶ Hinc usque ad vers. sufficit. addit fuit, ex originali, et intelligatur, quia illa fuit, qua in hoc canone prohibetur.

De mortuis etiam quaeritur, utrum sciant ea, qua hic à vivis geruntur. Esaias i eo persona populi afflicti. [Abraham pater noster nescivit.] Augustinus quoque in libro de agenda cura pro mortuis, illud idem testatur, dicens, c. 15.

C. XXIX. ¶ Mortui eos se nesciunt, quid hic à vivis geratur.

Attendum est, nescire quidem mortuos, quid hic agatur, sed dum hic agitur, postea verò audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt, non quidem omnia, sed qua sinuntur indicare, qui sinuntur etiam ista meminisse, & qua illos, quibus haec indicant, oportet audire. Possunt & ab Angelis, qui rebus, qua aguntur hic, praesens sunt, audire aliquid mortui, quod unumquemque illorum audire debere iudicat, cui cuncta sub-

a i. Thessal. 4. b Et in responso B. Gregorii, lib. 7. epist. 111. Ansel. 1. 7. c. 17. Burch. 1. 29. c. 129. Ivo p. 11. c. 139. c i. Thessal. 4. d al. finem precamen. e i. Thessal. 4. f Ioan. 11. g al. enim. h al. religiosi. i Esa. 63.

jecta sunt. e. 7. ¶ Multi i quoq[ue] ad vivos, aliquos ex mortuis venire credunt, sicut e contrario Paulum ex vivo in Paradisum raptum esse divina scriptura testatur.

i ¶ Multi quoque ¶ Apud B. Augustinum sic legitur. Multi quoq[ue] ad vivos aliquos ex mortuis, sicut e contrario Paulus ex vivis raptus est, divina scriptura testatur. Sed in glossam non est emendatum. Veritatem verò sua sententia confirmat B. Augustinus aliquot alii exemplis scripturae sacrae: quare ex rebus depravatis auctor glossa errandi occasionem sumpsit.

12. pars. De his autem, qui in patibulis suspenduntur, quaeritur, an iuxta ecclesiam sint sepelendi. De quibus in Moguntinensi a concilio II. sub Rabano c. 27. ita statutum est.

C. XXX. ¶ Non est deneganda communio his, qui in patibulis suspenduntur.

Quæritur b[ea]t[us] est aliquibus fratribus de his, qui in patibulis suspenduntur pro suis sceleribus, post confessionem Deo peractam, utrum cadavera eorum ad ecclesias deferenda sint, & oblationes pro eis offerendae, & Missa celebranda, an non? Quibus respondimus, omnibus de peccatis suis puram confessionem agentibus, & dignè poenitentibus communio in fine secundum canonice iustum danda est: cur non i eis, qui pro peccatis suis poenam extremam per solvunt? Scriptum e[st] enim: [Non vindicat Deus bis in ipsum.]

i ¶ Cur non eis ¶ Restituitur est hoc locus ex ipsi concilio Moguntino, & Vormaciensi, inducitur aliquot verbis, qua prius perturbabant, quam illustrarent.

C. XXXI. PALEA.

Vires d[omi]ni & latrones, si in furando aut deprezando occidantur, visum est pro eis non orandum. Si comprehensi, aut vulnerati, Presbytero vel Diacono confessi fuerint, communionem i eis non negamus.

i ¶ Communionem ¶ Antea legebatur, confessionem. Emendatum vero sic est ex Burchardo, Fome & Decretali: quibus locus hoc idem citatur ex concilio Triburicensi, & in eo, quod extat, habetur sententia c. 31. copiosius expressa: ubi etiam nulla fit mentio, sed ita dicitur, Deoq[ue] & sacerdoti.

C. XXXII. ¶ De eodem PALEA. [Item ex concilio Aurelianensi.]

Si e[st] fur, aut latro captus in præda, absque occisione potest comprehendi, & tamen interficitur, quia ad imaginem Dei creati, & in nomine eius baptizatus, interfectores eorum quadraginta diebus non intrent ecclesiam. Lanæ veste induti ab eis & potibus, qui interdixi sunt, à thoro, à gladio, ab equitatu se abstinere. Inertia, quinta feria, & sabbatho, aliquo genere leguminum, vel oleum, & pomis, parvisque pisciculis, cum mediocri cerevisia vicissim utantur, & temperate. Sin autem à veridicis comprobatur testibus, quod sine odii meditatione se, suaque liberando, Diaboli membra interfecerint, & i capi non poterant, poenitentiam pro homicidio eis non injungimus: nisi ipsi voluerint aliquid, quod humanitas est, facere. At si Presbyter est, non deponatur: cunctis tamen diebus vite suae poenitentiam agat.

¶ Si in omnibus codicibus, in quibus est haec palea, & apud Burchardum, & Ivonem, et in Decretali: ex quibus sunt verba emendata, & magni ponderis.

i ¶ Et capi non poterant ¶ Loca istorum verborum in codicibus Gratiani erant haec, & pariter poeniteant, qua videtur pugnare cum proximè sequentibus: poenitentiam pro homicidio eis non injungimus. Restituitur autem est locus ex ceteris codicibus.

a Et in Vormaciensi, c. ult. b Burch. 1. 11. c. 26. Ivo p. 14. c. 126. Pann. 1. 1. c. 22. c Naum primo secundum 76. d Extra de iur. c. 2. In Tribur. c. 31. Polyg. 1. 6. tit. 76. Burch. 1. 11. c. 39. Ivo p. 11. c. 41. e Sententia habetur extra de hom. c. 2. Polyg. ibid. Burch. 1. 11. c. 38. & 1. 19. c. 1. Interfeci sunt. Ivo p. 13. c. 46.

